

Q.K.386.12.

(X1880951)

I. N. SS. T. A.

SCHWARZBurgIS benefacta DEI reminiscere GRATA,  
Gratia nam DOMINI est jam renovata Tibi.

Non una vox sancta nos emphatice inclamat: REMINISCERE. Adeſt Dominica hoc gaudens nomine. Clamat reddita Europæis gentibus pax: REMINISCERE, ô Europa, divinæ bonitatis, qva reducem me habes, ista & me ſic utere, ne utraqve privatam te feriat Nemesis divina tricuspidē telo, πλέμω, λιμώ, λοιμώ. Inſtat Sanctum passionis Domini tempus, quo Salvator nos excitat dicens: Ecce adſcendimus Hierosolymam. REMINISCERE, ô homo, flagellorum, ignominiæ, crucis & mortis. REMINISCERE per vulnera & ſangvinem te ſanantis Medici. REMINISCERE ſingulatim, ô TERRA SCHWARZBURGICA, renovatæ Tibi gratiæ & bonitatis divinæ, qva ſospes ſalvusqve auſpicatissimum celebrat natalem.

II n  
238

ILLUSTRISSIMUS COMES AC DOMINUS,

# DN. ALBERTUS ANTONIUS,

SS. R. I. IVVIR, Comes Schwarzburi & Hohnſteini, Dynasta Arnſtei,  
Sondershusæ, Leutenbergæ, Lohræ & Cattenbergæ;

PATRIÆ PATER OPTIMUS,

ECCLESIAE AC SCHOLÆ NUTRITOR MUNIFICENTISSIMUS,

eDitVs hIs terrIs Vbiſ faX MartI aLtera LVXIT.

REMINISCERE & tu Schola Provinc. officiitui DEO gratiarum  
& precum ſacrificia offerens. Ea fini

Ideam boni & religioſi Principis contemplandam ſiſter

In CONSTANTINO Magno

JOH. ACHATIUS Stender/Rudolſtad.

In THEODOSSIO Magno

JOH. LUDOVICUS Schild/ Francohul.

ndo Martii ipſo ILLUSTRISSIMI die natali hor. IX. in Aud. Maj.

Ad qvæ natalitia ſolennia qvotqvoſ observantia & humanitas  
invitare jubet, demiffe, reverenter humaniterqve invitat


CUM Dn. RECTORE

JOH. CHRISTOPH. TREUNER. C.C. P. ConR.

---

RUDOLSTADII,

Literis CHRISTOPHORI FLEISCHERI, 1680.



α χ ω!

Vod sol inter reliqvas stellas & sidera, hoc imperator & princeps in Republ. Solem in mundo non videre, est cæcum esse : Imperatores & principes ignorare, est in studio historico & politico lucem & ducem non habere. Vitas Imperatorum curatius exputare, est duos parietes de una fidelia dealbare. Unus paries est publicus, seu ipsa resp. alter est privatus, seu res domestica. Si igitur in qvovis Imperatore & principe consideres, quid publicè, quid privatim egerit, habes ethicum, habes politicum usum. Et hoc est, qvod Svetonius dicit : nosse, *qualis quisque fuerit in Imperio, & qualis interior ac familiaris ejus vita.* In Libano, ut sic loqvar, Augusto Cedrus Cedrum proceritate superat. Magnae igitur cedri duæ, duo magni Imperatores Christiani, principis boni & religiosi ideam exprimentes, non indigni videbantur **NATALITIA OPTIMI PATRIÆ PATRIS SOLENNITATE.** Cum vero in hoc Augusto Augustae historiæ studio prima omnium cura esse debeat, NOMINA nuda cum distinctione seculi nosse, à ratione studiorum juventutis non alienum videbatur, ex *Cæsareologia* metrica abhinc decennium edita solos versus nomen & elogium cuiusque Imperatoris complexos ad seculum usque nunc IVtum exhibere.

Sec.

Sec. I. a N. C. IMPERATORUM Nomina , Elogia.

JULIUS haut potuit Pompejum ferre priorem

Perpetuus rapiens Dictator sceptrum necatur.

Hæc capit AUGUSTUS Felix tradente Senatu.

Insidiosus , atrox TIBERI cognominis amni.

CAILIGULA Imperii Phaëthon , natrix, scelus omne.

Sævus ductu alieno , ignavus CLAUDIUS excors.

Doctorem necat , uxores , Matrem NERO monstrum.

Ex aliis pendens infelix GALBA , remissus,

Par luit occisor , scelerum æmulus OTHO Neronis :

Par tibi sors brevibus sceptris non digne VITELLI!

At FLAVI renovat labentia secula Virtus :

Non quenquam passus tristem discedere TITUS.

Tuqve , secunde Nero , fera bestia , DOMITIANE !

NERVA senex tu mente Parens , qui nomine Princeps :

Omnia Patris habet TRAJANUS & optimus audit.

Sec. II. IMPERATOR. *Nomina, Elogia.*

In medio sceptri melior doctusque HADRIANUS.

Hinc ANTONINUS PIUS inter *aydianatos* omnes.

MARCO ANTONINO Sophie cognomina fecit.

Te simul Augustum deturpat, VERE, voluptas.

COMMODVS obsecenus planeqve incommodus orbi.

PERTIq; NAX mitis, blandus  $\Delta\omega\sigma\omega\nu$ , pila fortis.

Implevit vitiis Urbem DIDIUS JVLIANVS.

SEPTIMIVS vigilans, acer quatit arma SEVERVS.

Sec. III. *Nex CARACALLA Getæ, Medicorum, Papiniani.*

Nil obscurus homo gessit sublime MACRINVS.

HELGABALUS Syrium Idolum, Nero, Sardanapal<sup>9</sup>.

Pace SEVERUS ALEXANDER bon<sup>9</sup> & bon<sup>9</sup> armis.

MAXMINUS Milo, Busiris, SCiron, Typho, Cyclops.

GORDJANIS Patri gnatoqve brevissima sceptræ.

CLem̄etes, BALBINUS habēt PUPJENUS habenas.

Blanditiis claudit GORDJANUS Tertius aures.

Sec.



Sec. III. a. l. N. IMPERATORUM Nomina, Elogia.

Punica fraude fides Arabum de gente PHILIPPUS.

Christjanæ DECIUS fluitans in sanguine stragis.

Vix est Augustus GALLUS cum VOLUSIANO.

Perfa cutem ignavo detraxit VALLERIANO.

Te, GALLJENE, duces linqvunt vexantq; vetyranni.

CLAVDIVS est princeps, pater est, est frater, Amicus.

Bellica sceptræ severa movet gravis AVRELIANVS.

Metitur TACITI breve Principe digna voluntas.

Imperium invadens retines, FLORJANE, bimestre.

Hinc PROBUS est probus atq; industrius Induperator.

CARUS cum gnatis CARINO ac NUMERIANO;

non homo, sed Deus esse, DIOCLETIANE, volebas;

Imperii socius, tu MAXIMIANE superbe,

Christicolum decimam stragem editis ense decenni.

sub finem secli lacerat vaga turba Regentum

Imperii Diadema sacrum civilibus armis.

Sec

sec. IV. a.C. n. IMPERATOR. Nomina, Elogia:

*Maxenti Pharao, Licini, Maxmine, jacetis.*

*Christjanus<sup>a</sup> CONSTANTINVS re, nomine MAGNVS*

*In cruce victor ovans nutantem subrigit orbem,*

*Qyamq, scidit CHRISTO tunicā Arius, ILLE resarcit.*

*Tres sceptro diviso agitat discordia fratres:*

*CONSTANTINE haut contente Occasu, Ariapestis!*

*Italiae Cæsar CONSTANS fideique Patronus,*

*Assecla trux Arii tenuit CONSTANTIUS Ortum,*

*Magnenti tu Cæsaribus malè mixte tyranne!*

*Ingenio JVLIANVS abusus Apostata, miles:*

*Tu sacrīs, JOVIANE, bene, haut civilibus audis.*

a. An rebus gestis tanti Imperatoris congruat, qvod vulgo jactatur: primo decennio Imperii fuit Princeps, secundo pupillus, tertio latro; videant, qui tribuunt; Donationi sane Sylvestro Episcopo R. factæ id ne qvicquam patrocinatur.

b. Petro Alexandrino apprens CHRISTUS scissa veste interroganti; Domine, quis indumentum scidit? respondit; Arius. Qva voce commotus Constantinus Synodum Nicænum instituit, 318. Episcopis ex Asia, Africa, Europa convocatis.

c. In Concilio Constantinus Ipse præsens Episcopos sic allocutus: Evangelici Apostolici libri; nec non antiquorum Prophetarum oracula instituunt, quid de divino Numinе sentiendum sit.

Sec.

Sec. IV. à N.C. IMPERATOR. *Nomina, Elogia.*

Inde duplex *Aquila* occasum spectavit & ortum :

*Occident.*

Castus, non digamus justusque VALENTINIANUS :

Valentiniano digamiam & decretum infame : ut marito uni liceret duas uxores habere, tribuentibus multitudo, negantibus veritas patrociatur.  
*Orient.*

Christicolas vexat rabies Ariana VALENTIS :

*a*

*Occid.*

*b*

Gratia grata piiis grata & GRATIANE Magistro.

a. (Arianis pulsis Ecclesias Catholicis restituit, b. *Ausonium Poëtam Praeceptorem Consulem* fecit addens : *Solvi, quod debui, & adhuc debeo, quod solvi.* Vid. Gratiarum actionem Ausonii pro consulatu.)

Hunni in Te, Collega VALENTINIANE, *Gothiq:*

*Orient.*

THEIDOSIUS *præceps ira*, sed cetera MAGNUS,

*Orient.*

Hostis eram Hæreticūm ARCADIUS servusque ministrūm :

(Consiliariorum simulque tutorum *Rufini & Eutropii* mancipium.)

*Occident.*

Acer in hæreticos, ignavus HONORIUS armis.

c. ex iracundia 7000. civium Thessalonicensium promiscue interfecit, quos inter patri cuidam pro duobus filiis occidi volenti milites, quia numero nullus erat subtrahendus, optionem dabant, loco alterntius tantum se substituendi, paterno autem amore diutius, utrum eligeret, ambigente milites utrumque in conspectu patris trucidarunt. Ab Ambrosio id propter non invitum disciplinæ Ecclesiasticæ se submittens legem sibi scripsit, ne ante XXXnum. diem capitales sententiaratæ haberentur. Theodor. I.V.cap.XIX.

*Digitij*

# Digiti manus humanæ monstrant quinque omnium Imperatorum classes

I. *Pollex crassior* (a) *crassos Ethnicos à Julio usq; initium IVti Sec. ad Constantium Chlorum circiter XLVIII.* vah! multos curto tempore scelesto illo cruentans: *Sit divus, modo non sit vivus* (b) X. *persecutiones Christianorum acerrimas, primam sub Nerone, ultimam sub Diocletiano.*

II. *Index teres teretes & proceras cedros*, Impp. *Christianos* (a) *occidentales XVIII.* à Constantino M. init. Sec. IVti usque Augustulum sub fin. Sec. Vti. (b) *Sedis imperiorum translationem à Roma* C Plin. (c) *imperii divisionem in orientale & occidentale, & hujus insigne, aquilam duplicem.*

III. *Medium al. stultus* (a) *maximam sub sole stultitiam sive malitiam detestans, Antichristianismum nempe, à fævissimo Phoca, & Mahomedanismum sub Heraclio circa init. Sec. VII ortum.* (b) à Constantino Const. magni filio sub med. sec. IVti usque Constantinum XIIum ad med. Sec. XV. Impp. circiter LXXXII. (c) C Polin, luxuriæ sedem, à Turca fævissime occupatam Anno C. 1453.

IV. *Annularis aureo Imperatorum, in occidente reviviscentium quasi, annulo ornatus suo splendore delens illud annulare lemma: principes boni in uno annulo scribi possunt: numerans fere à Carolo M. sub init. sec. IX. Imperii Romano-Germanici autore (Romani, ratione originis, Germanici ratione subjecti recipientis) usque ad Alfonsum sub med. sec. XIIIi impp. XXX. Obscuratur hic digitus cum annulo à crassiore sub Hildebrando post med. sec. XI. Papa papali sumo.*

V. *Auricularis auriculam vellicans in memoriam revocat* (a) *duos Carolos (1.) Carolum IV. sub med. sec. XIVti aureæ bullæ conditorem, & juste vereque electi Romani Imperatoris GUNTHERI SCHWARZBURGICI successorem (2.) Carolum V. post init. sec. XVI. Anno 1530. Confessione August. ipsi exhibita memorabilem.* (b) *Familiam Austriacam, & ex hac atque aliis à Rudolpho I. Habsp. post med. sec. XIII. usq; Sigismundum post init. sec. XVti X. impp.* (c) *ex familia Austriaca sola ab Alberto Austriaco usque invictissimum nostrum LEOPOLDUM* Impp. XI.

*Austriacæ diadema domus, sanctique verenda  
Sceptri majestas LEOPOLDI in stirpe perennet:  
Schwarzburgæ sed stemma Domus tot secula cel-  
sum*

*ALBERTI ANTHONII, da JESU, in stirpe  
perennet.*

S. D. G.

Q.K.386.12.

SCHI

Non una vox  
minica hoc g  
MINISCE  
sic utere, ne i  
μω, λιμω, λ  
nos excitat c  
homo, flagell  
nera & sang  
TERRA SCI  
qva sospes fa

ILL  
**DN**

SS. R. I. IV

P  
ECCLESIAE

REMI

Idc

II do Ma  
Ad

JOH

L

**Kodak**

LICENSED PRODUCT

Black

©The Tiffen Company, 2000

**KODAK Color Control Patches**

Centimetres

Inches

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

miniscere GRATA,  
grata Tibi.

NISCERE. Adeſt Do-  
p̄is gentibus pax: RE-  
cem me habes, iſta & me  
a tricuspidē telo, πολέ-  
tempus, q̄vo Salvator.

REMINISCERE, ô  
MINISCERE per vul-  
SCERE singulatim, ô  
atiæ & bonitatis divinæ,  
em.

**DOMINUS,**  
**TUS**  
**IS,**

ini, Dynasta Arnsteti,  
tenbergæ,

**TIMUS,**  
**IFICENTISSIMUS,**

teria LVXIt.

tui DEO gratiarum  
ni

oplandal sister

**Magno**  
udolstad.

**Magno**  
ncohul.

hor. IX. in Aud. Maj.  
ntia & humanitas

iterque invitat

C. C. P. ConR.

HERI, 1680.

II n  
238

BIBLIOTHECA  
PONICKAVIANA

UNIVERSITATIS  
HALLE  
(SAA)